



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sententia Diffinitiva, Per S. D. N. Pavlv̄m Papam Tertiv̄m
Lata. Qua D. Hermannus, olim Archiepiscopus
Colonien[sis]. & Ecclesi[a]e Paderbornen[sis].
Administrator, propter multa enormia in Religione ...**

Paul <III., Papst>

[Köln], [1546]

[notarielle Beglaubigung]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35152

EGO Leonardus à Fossa, Notarius publicus, ac Metropolitana Ec-
clesia Coloniensis Secretarius iuratus, fateor & recognosco, me
Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo septimo,
Mensis Ianuarij die tertia, una cum Connotario meo infra scripto,
ad instantem & diligentem requisitionem Reuerendorum, Illustriũ, Ve-
nerabilium & Egregiorum Dominorum, Subdecani & Capituli supra
dicta Ecclesia, praesens impressum exemplar, Sententia S. D. N. Pau-
li, ex praetactis literis Transsumpti publici, ut praefertur, subscripti &
sigillati extractum, ad suum uerũ originale Transsumpti. Et similiter ex
emplar Breuis Apostolici supra impressum, & exemplari Sententia sub-
iunctum, ad suum uerum originale Breue, annulo piscatoris signatũ, & ut
praefertur subscriptum, diligenter comparasse & collationasse. Et quia
una cum meo Connotario infra scripto, eadem exemplaria cũ memoratis ori-
ginalibus authenticis, & in nulla sui parte suspectis, de uerbo ad uerbum
concordare comperi. Idcirco ad praefatorum Dominorum meorum Subde-
cani & Capituli instantem requisitionem, praesentes literas exemplatio-
nis seu Vidimus, una cum Connotario meo similiter requisito cofeci, & sta-
mul cum eodem manu propria subscripsi. Praesentibus & interessentibus
exemplationi huiusmodi uenerabilibus uiris, dominis Andrea Barda-
uick, Collegiatæ Ecclesiae S. Gereonis Coloniensis Canonico, & Her-
manno de Monasterio sacrae Theologiae Licentiatis, testibus ad eandẽ
exemplationem rogatis & requisitis.